



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

6 Rationes, cur nuptiæ duorum tantum, & quare tot ritibus & cæremoniis
initientur & probentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

est, negligi quod communiter possidentur, l. 2. *quan. & quib. guar. pars debe. lib. 10. C. tit. 3. 4.* Sicuti & si certus non esset parens, senescentibus parentibus rara esset in eos curandis gratia. Sicque Phalaris ad uxorem Erythriam scribit, *eis tunc ad nos aduocatis, ut nos aduocatis, ut nos aduocatis, ut nos aduocatis?* Quis, inquit, familiarum gratia desideraret discedere, non habens curam uxoris vel filiorum? Et idcirco prospiciant leges, ne supponantur partus a mulieribus maritis, ne hereditates proximis vel veris liberis subripiant eorum prae-textu, *Vlpia. l. 1. §. si mater, C. l. 3. §. si mater, de Carbon. edic. l. 37. P. tit. 10.* Et haec suppositio fit dupliciter: siue dum se fingit mulier a marito concepsisse, & tamen ab alio concepit, cuius datur accusatio etiam ea praegnanter, sed suspensio iudicio, donec edatur interdum partus ne quod praedictum fieret nato, ut ait Paulus *l. si ventris nomine, 8. de ve. in poss. mitte. l. 27. P. tit. 8.* interdum minime finatus, *l. miles, §. qua propter, de adul. in P. l. 1. §. si de Carbon. edic. in P. l. 37. tit. 10.* Aliquando suppositio fit, dum se peperisse mulier fingit viro, & non peperit, sed aliunde partum editum sibi subiicit. Quam obrem proditum est editum, de ventre inspiciendo, ut constat ex l. 1. eius tituli. Exstat iudicium sapiens Salomonis, *3. Reg. 3. c. adferre mihi gladium, cap. 2. de praesumptio. lib. 2. Decreta. tit. 3.* in ea specie & hypothesi, inter meretrices, quarum vna occiso puero suo & imprudenter suffocato, alterius sibi vindicabat, suum dicens, & ut talem petens.

28 Meminit de \dagger supponendi arte mulierum Aristophanes, in celebrantibus Cerealia:

Alteram (inquit vna mulierum) qua dicebat dolores partus habere mulier
Per decem dies, donec emit infantem.
Marius autem obibat urbem, medicamenta celerem partum facientia emens.
Iniuit autem anus in olla infantem,
Ut ne clamaret cera obturatum:
Deinde ut annus capite anus que secebat, uxor statim clamat.
Abi, abi, iam enim, o vir, mihi videor
Paritura esse: immo ventrem enim infans calcibus percussit.
Et hic quidem letans cucurrit: hac vero extraxit
Ex ore infantis cerulam, ille vero clamauit. &c.

Scribit Luithprandus *lib. 3. de reb. in Europa gestis, cap. 13.* Hugonem regem Italiae metuentem, ne Lambertus Marchio Thulicia, filius Bertae matris suae, sibi regnum eriperet, dixit, & supposituisse qui dicerent, Bertam Adalberto viro suo nullum filium peperisse, sed ab aliis mulieribus clam acceptos, simulato partu Lambertum & Guidonem sibi supposituisse, quatenus post mortem Adalberti sibi non deessent filii, quorum adiutorio omnem potentiam possideret. Post continentiae & virginis praestantiam nuptiae valde honorandae. *Preferimus \dagger autem sanctitatem, sine nuptiarum damnatione,* inquit Tertullianus *l. 1. aduers. Marcion.* non ut malo bonum, sed ut bono melius. Ex \dagger quibus, eos constat toto caelo totaque via ut dicitur, errasse, qui improbarunt nuptias, ut iniquas. Quemadmodum haereticus Marcion, matrimonium ut malum & impudicitiae negotium accusauit, ut impediendam sanctitatem, quam ipse falso iactabat. Cum tamen sanctitas cuiusquam, nisi post matrimonium fuerit: nec potest stare genus humanum, nisi possintur homines, ut late disputat Tertullianus aduersus Marcionem in *1. Damnati & haeretici Eucratitae*, dicentes palam, nuptias esse diaboli, teste Epiphano *tom. 1. l. 2. con. haer. l. 47.* Item & Origenii, qui & turpes dicti, omnis libidinis mancipia, reiicientes nuptias, *Epiph. tom. 1. l. 2. haer. 63.* Et Hierax, qui ut scortationes improbauit, improbatas, *31 idem Epiph. l. 2. tom. 2. haer. 67.* In \dagger concilio itaque Gangrensi, *ca. si quis vituperat, & can. quicunq; virginitatem 31. disti. in Syn. Gangren. c. 1. & 9.* ita cautum: *si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelium ac religiosorum detestatur, aut culpabilem asseruat, velut qua regnum Dei in uisum non possit, anathema sit.* Et in canonibus Apostolorum, *cano. 51.* in hibita nuptiarum etiam *Cel. uel. id est, exhereditatio seu odium.* Nota impietatis postremi seculi etiam in eo signatura Sibylla *oraclor. lib. 8.* quod deficiet coniugio honor, dicens:

x. id est, qui amare uos oportet, ac tunc id est:
Nec tunc coniugis honos, auro praesente manebit.

Quod & apertius D. Paulus tradit *1. ad Timoth. 4.* Qui enim huic sacramento & bono maledicunt, homicidae quodammodo generis humani uidentur, hostesque reip. cuius interest ciuitates repleri hominibus liberis. *l. 2. de indic. uolunt. toll. lib. 6. C. l. sed si hoc, 61. §. fin. cum 2. seq. de cond. & demon. lib. 35. P. tit. 1.* non perituri &

impudicis moribus: & mulieres habere eximio privilegio subnixas dotes, ut possint nubere, *l. 1. sol. matrim. P.* Laudauit \dagger publice Augustus Dio, *lib. 56.* nuptias, quod multitudinem auerent, quod conueniat naturae mortalitatem perpetua stirpis successione, quasi facem aliis subinde porrigentibus, compensare: ut qua sola re dicebat, a diuina felicitate absumus. eam perennitatem mutuo inuicem nobis tradamus. Proinde \dagger idem grauiorem multam in nuptis utriusque sexus statuit: contraque nuptiarum & multitudinis liberorum praemia constituit. *idem l. br. 54.* Hoc ipsum antea leges fecerant, & postea pariter aliquantum persequerant. Plato in legibus suis *lib. 6.* statuit, ut nemo sine consortio matrimonii uiuere in ciuitate, quinque & triginta agens annos: alioquin singulis annis, si de maiori esset censu, draclimis centum multaretur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto, triginta: neque honorum fore participes. Iulius \dagger Pollux scribit *lib. 8. Onomast.* apud Lacedaemonios fuisse actionem & iudicium serotini nimum matrimonii & inhonesti. Palmaria \dagger regione orbis nuperrime detecta, cuius regulus \dagger dicitur Pontachanus, nemini non coniugato fas est iungi in mensa, vel eadem lance uelci, aut poculo bibere, paremque coniugato se praebere. ut ait Petrus Martyr, *in orbe nouo de insul. nuper inuenitis.* Olim \dagger qui caelibem vitam apud Romanos etiam degerent, censoria nota multabantur: ueluti ingrati, exprobrante censore, quod natura, ut legem nascendi, sic & gignendi dedidit, ut refert Valer. Maximus *lib. 2. c. 4.* & Cicero *3. de legibus.* Lege Papia \dagger ius liberum non erat succedendi, qui caelibem ducebant vitam, donec Constantinus sua constitutione caput illud expunxit, quae exstat *l. 1. de infirm. p. cen. caelib. l. 8. C. tit. 58.* & meminit de ea Eusebius *l. 4. de uita Constanti.* Lex Papia praemium patribus posuit, *quaedam leges. 2. dist.* Meminit \dagger & Iuuenalis *Satyr. 9.* cum mulier maritum cogitantem diuortium, sic obiurgat:

Iam pater es, dedimus quod fama opponere possis.
Iura parentis habes, propter m. scriberis heres.
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda praetera iunguntur uulua caducis,
Si numerum, si tres implevero.

Suscipientibus liberis, plures vacationes & immunitates datae, *l. fin. de his qui numer. liber. se excus. lib. 10. C. tit. 51. l. 2. de uacat. muner. l. 1. qui numero. lib. se excus. C. §. de excusat. tutor. ap. Inst. l. 1. §. 1.* pro singulis liberis a minore susceptis, tot anni aetati supplemento dati sunt, *l. 2. de mino. 25. an. P.* Diocletianus, inter scriptos in albo decurionum, patrem non habenti filios praefert uoluit, *l. in albo, 29. de decurion. l. 1. o. C. tit. 31.* Sed & Papinianus respondit *l. spuri, 6. de decurio. lib. 50. P.* ut qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam dicat, ceterosque honoris ordine praecellere. Meminit & Cornelius Tacitus *lib. 2. anal. de lege candidatorum magistratus prosequentium,* quae statuebat, ut numerus liberorum in illis praepolleret. Sunt & alia iura, & privilegia unius, duorum, trium, quatuor, quinque, & plurium liberorum, quae hic non addam: eo quod proprio libello nuperime explicata sint a M. Vertrano Mauro cui titulus, *De iure liberorum.* Iulius Caesar etiam aliquando legem tenuiorum, in senatum detulit, de agris diuidendis patribus, quibus ius trium liberorum esset, mercedem popularis beneuolentiae iam inde meditata: cuius tamen sententiae multi resistunt in Senatu, ut scripsit Appianus *Alex. l. 2. bello ar. m.* Et Augustus Caesar proprium locum honoris, causam in theatro maritis distinxit, *Suet. Tranquill. in Augusti capite. 44.* Iulius Scipio, cum in seditionibus & bellis conspiceret multitudinem interisse, praemia etiam proposuit iis, qui multos liberos procreassent, *Dion. Cassius, lib. 43. Hist. Roman. Columella l. 1. de re rust. c. 8.* dabat feminis rusticis, quibus tres erant liberi, vacationem: quibus plures, libertatem. Apud Persas rex mittebat munera singulis annis, ut Aretino ei, qui plures sustulisset liberos, teste Herod. *m. 1.* Erant & Romae homines, qui generationi filiorum uacabant, qui proletarii dicebantur: qui nisi magna urgente necessitate ad praedium ibant, ut scribit Orosius *l. 4. c. 1. lex \dagger est Spartanis.* ut qui tres filios suppeditaret reip. is ab excubiis liber esset: qui uero quinque, ab omnibus publicis officiis immunitatem haberet, *Aelianus lib. 6. c. 5.* & Aristoteles *l. 2. polit. c. 7.* Apud Massilienses nemo inter quatuordecim, sexagesimos uiros, qui moderabatur remp. creari poterat, nisi haberet liberos, & ex cuius sanguine tertia per generationem ortus fuisset, ut auctor Strabo *l. 4. Geogr.* Priuilegia \dagger fauoreque matrimonii colliguntur a Bartholomeo Chastan ad consuetudines Burgundiae ad tit. des droitz appartenans a gens mariez in pr. Rubil. De iur.